

- de Auxiliis gratia Congregationibus sub Clemente VIII., & Paulo V. Consultis; cui titulus: *Animadversiones in viginti-quinque propositiones P. Ludovici Molinae Societatis Jesu de Concordia liberi arbitrii cum Gratia donis.* 326. 327
- Annotatio Gallica, seu Elogium historicum Domini Jacobi Le Bossu. *ibid.*
- Index Capitulum, seu Conspectus totius Operis. *ibid.*
- Breve Compendium doctrinae Ludovici Molinae, XXV. punctis explicatum. 330
- Examen doctrinae P. Ludovici Molinae de Concordia liberi arbitrii cum Gratia donis, cujus Compendium superius proponitur, distinctum in tot Animadversiones, quot sunt Notae Capitulorum dicti Compendii. 334
- CAP. I. De dissectione a Patrum sententia. *ibid.*
- CAP. II. De paucis reverentia, quam exhibet Molina Sancto Augustino in hac doctrina. 336
- XXII. Defensio Censurae Lovaniensis, & Justificationis ejusdem; itemque Censurae Duacensis contra Scriptum nuper vulgatum, cujus titulus: *Parallelus Thomismi veri, & falsi.* 339
- Parallelus Thomismi veri, & falsi.* 347
- XXIII. Decretum Illustrissimi Archiepiscopi, ac Ducis Rhemensis, Primi Franciae Paris, &c. intar Institutionis Pastoralis, ad Facultatem Theologicam Universitatis Rhemensis directum. 351
- XXIV. Theses Jesuitarum, de quibus in Pastoralis Illustrissimi Rhemensis Decreto, & in Historia Congregationis, cum aliis nonnullis affinitibus. 386
1. Jesuitarum Rhemensium Theses Theologicae de Gratia, 13. Augusti anno 1692. *ibid.*
2. Jesuitarum Rhemensium Theses Theologicae de Gratia, 5. Decembris anno 1696. *ibid.*
3. Jesuitarum Rhemensium Theses Theologicae de Deo, 17. Decembris anno 1696. 402
4. Jesuitarum Parisiensium Theses de Gratia Christi Salvatoris, 21. Februarii anno 1685. 210
5. Jesuitarum Parisiensium Conclusiones Theologicae de Peccatis, & Gratia: quatenus cum Augustino Theologi Catholici consentiant, ab eodem vero dissentiant heretici, 26. Februarii an. 1692. 422
6. Jesuitarum Rothomagensium Theses Theologicae de Gratia, 10. Januarii an. 1698. 435
7. Jesuitarum Cadomensium Theses Theologicae de Gratia sufficienti, & efficaci contra Praedestinatianos, 13. Maii 1699. 442
8. Jesuitarum Cadomensium Theses Theologicae de Peccato originali, de Gratia actuali, de justificatione, de merito, de Praedestinatione, ac reprobatione, 15. Junii an. 1699. 443
- XXV. Auditorium de peccato Philosophico ad Cap. XLVIII. Libri III. 447
- Lugdunensium Jesuitarum Theses cum ejusdem Censura. 450
- Antisthodorensium Jesuitarum dictata, & Theses. *ibid.*
- Rhemensium Jesuitarum dictata, & Theses. *ibid.*
- XXVI. Scriptum Reverendi Patris Thomae de Lemos, 13. Februarii 1606., adversus Thomisticam, & Calvinianam doctrinam collationem, a Ferdinando de Bastida in solenni Congregatione recitatam die 10. Januarii. Ex Coronelli Commentariis. Aperta differentia inter Catholicorum doctrinam, defendentium efficaciam Divinae gratiae, & impiam sententiam Calvinii, negantis arbitrii nostri libertatem. Per F. Thomam de Lemos contra quemdam novum Collatorem, qui eos convenire diffamat. 454
- CAP. I. Respondetur ad viginti objectiones, seu comparationes institutas in scripto novi Collatoris. *ibid.*
- CAP. II. Respondetur ad novem Limitationes, in quibus Catholici quidam Scriptores cum Calvino convenire dicuntur in sua temperanda doctrina. 468
- CAP. III. Respondetur ad factam collationem in modo argumentandi Calvini, & quorundam Scriptorum Catholicorum. 472

FINIS INDICIS APPENDICIS.

HISTO.



HISTORIAE CONGREGATIONUM DE AUXILIIS DIVINAE GRATIAE LIBER QUINTUS.

Superiorum Apologeticus.

Quo dictorum veritas adversus Theodori Eleutherii eodem de argumento Pseudo-Historiam asseritur, defenditur, vindicatur.

PROLOQUIUM.



Quod, absoluta Romanarum Congregationum Historia, nunc te ad Analecta, ac veluti mensae dona secunda, studiose Lector, invitem, nova Theodori Eleutherii in priorem editionem nostram molitio facit. Is scilicet fractos, repressosque domesticae Scholae velites, qui primi in nos calamum exercuerant, agere ferens, validiorem tentavit impetum, vulgata pari ferme titulo, siloque mordaciori, Controversiarum istarum Historia. Utque nos ingentis voluminis mole terrefaceret, Molinianorum Theologorum, qui domesticam coram Summis Pontificibus causam egerant, ipsius quaternionibus, tractatibus, libellis, ac recitatis ad caerum prolixis declamationibus, opus infarit: verbosaque, ac virulenta Praefatione, calumias, parergis, fabulis, ineptisque narrationibus fœta, praelust. Vitra fracta, rejectas quisquillas, & confutas jam dudum suorum nenas, novam in scenam inducit, superboque explicat apparatus, iis ferme diffimulatis, quae scripsimus in oppositum, dum Leodiensem Scribam, Syndicum Trevirensis, Quaestionum summi (ut habebat titulus) momenti Tractatorem, errorumque adnotatorem, distinctis lucubrationibus refelleremus. Quodque festivum, ac lepidum magis, neglecta Notariorum, ac tabularum omnium fide, habitorum Romae Congressuum narrationem pro arbitrio fabricatur: meditatae Censuras, instructaque judicia nauci facit, deprimat, despiciatur: nec quid delegati Cognitores, auditis partibus, senserint, lectorum oculis sistit; sed, quid perpensis Molinianorum disputatorum momentis, sentire debuissent, ab ipsis, ad quorum judicia provocat, lectoribus statui, postulat. Hocine est agitatae coram Apostolica Sede Controversiae historiam scribere; an potius lirem ipsam (quae malorum litigatorum ars est) denuo repetere? Hocine ventilatae causae narrationem adornare; an verius causam ipsam novo examini committere velle; a facto ad jus oblique divertere; a sancto iudicio, tamen nondum ex formulis promulgato, ad fictitia damnatae partis merita, quasi minus Romanis Censoribus innoverint, provocare?

Nemo igitur id expectet a me, ut postremum hunc amulae Scholae conatum repressurus, confusam illam, & indigestam inutilium chartarum molem penitus recognoscam; Molinianae partis Instrumenta secundis curis expendam; quid distincte responsum a nostris, denuo lectoribus ingeram; universa ultro, citroque dicta dispungam; novum denique tractatae litis examen instituum: Etsi veniet fortasse dies, qua, publicatis ex integro Thomisticae partis instrumentis, nihil horum reliquum fiet. Satis interim fuerit adnotasse, quod narrata haecenus historia planum feci, rem totam abunde tractatam esse, partium, iudicio contententium, instrumenta universa, momenta omnia, scripta singula integro decennio Romanorum Pontificum iussu discussa; ubi vero Molinianos iudicio cecidisse. Quid adbus quæris examen, quod jam factum est apud Apostolicam Sedem? (1) Sed nec ex sunt historici partes, ut in texenda difficillime litis narratione, Theologum in omnibus agat, ubique iudicium affecler, ipsaque dissidentium partium instrumenta minutatim, & accurate dispungat. Satis ille officio consulum ibit, si quid actum, quid iudicio sancitum, lectorum oculis sistat.

Inutilis itaque Molinianorum Actorum chartas, quæ otiosorum lectorum nares denuo verberat
Serry Tom. II. A Eleu-

(1) Aug. lib. 2. post. Operis contra Jul. c. 103.

Eleutherius, ut accisam, ac desperatam causam eorum in animis erigat, missas facio, ut quæ historici muneris propria sunt, unice persequar. Eaque lege litigiosi scriptoris spissum opus resellendum aggredior, ut, seposito juris examine, factis tantum, quibus Historiam meam velliscavi, ac fuggilavit, insitam.

In qua quidem tentanda alea, magna subeundi oneris parte levatus sum. Cum enim præcipuam ille curam impenderet in his Sociorum fabulis recinendis, quas prelaudatis-lucubrationibus consutavi, identidem opera paream, nec actum denuo reagam; sed loca ipsa, quæ iam a me consutata sunt, duntaxat indigirabo. In reliquis, præfidentis declamatoris errores, calumnias, lapsus, instrumentorum suppositiones, ac vitiationes in lucem proferam; & quam castam in congerendis fabellis profuerit operam, multis evincam. Quæ porro commotam Scriptoris bilem apertius indicant, probra, dicitia, sommata, helleboro curanda verius, quam rationibus resellenda, Hippocrati, & Galeno commendo.

SECTIO PRIMA.

Eleutherianæ Præfationis aberrationes, fabellæ, anachronismi, calumniæ, parerga notantur, ac reselluntur.

CAPUT PRIMUM.

Terra de Jansenistis, mihi in concinnanda Auxiliorum Historia collaborantibus, calumnia depellitur.



Ota est, ac dudum in vulgi fabulam venit Moligianorum Scriptorum ars, ut Jansenianis Auditoribus, quotquot palato non sapiunt, libros editos criminantur; ut eo, quo jure, quæve injuria, obiecto probro, fidem illis omnem, & auctoritatem eripiant. Parem olim a Semipelagianis arcem adhibitam, memorat divus Prosper, ut Augustiniana doctrinæ Vindices, quorum scriptioibus premebantur, a Divina Gratia professione, obiecta calumnia, dstererent. (1) Quasiscumque nos contra eos disputationem susceperimus, dixerunt, nos ex hereticorum argutis contra se agere. Videntes enim, se ita superari, ut respirare non possint, hanc calumniam semper Catholicis irrogant; ut, dum timent, se hereticos insamari, in silentio loquelam veritatis ardeant. Haud itaque mirari subit, Eleutheri, si meam, quæ tibi, quisque oculos urit, Auxiliorum Historiam depresso, a familiari, tritaque criminatione fatyra tuæ ducas exordium, mihi que, in ea scribenda, & concinnanda, Jansenianos focios facias; nec gregarios illos quidem, ac solo capite centos, sed Quænellum ipsam, in quem, extincto Antonio Arnaldo, totius (ut loqueris) numerosissimæ sectæ principatus translatus est. Sic veterem in limo rane cocinere querelam.

Et quidem ego, si hæc Historiæ meæ vindicationes solis æstimatoribus scriberem, criminationem hanc primam tacitus præterirem, ne in supervacuis dispungendis operam luderem. Ecquid enim, si doctrinæ meritum species, inquirere juvat, ubi gentium, quo auctore, quibusve adjutoribus, adornata, editaque fuerit Auxiliorum Historia? Jansenianis an forte iisdem federe junctis? Cum si vel ab ipso Jansenio adornata, editaque fuisset, tantundem profecto foret modo (quod undecim Censoribus visum est) Jansenianis erroribus pura prodierit. In omni enim volumine, inquit Salvianus Epistola ad Salonium, profectus magis queritur lectionis, quam nomen au-

toris: & ideo si profectus est in lectione, & habet, quisquis ille liber est, quod potest instruire lecturos; quid ei cum auctoris vocabulo, quod jurare non potest curiosos? Verum, quia ea est seculi hujus ignavia, ut rem ex præjudiciis, externaque specie, plerique duntaxat æstiment; tanque imbecilla sunt, ut idem subijcit Salvianus, judicium hujus temporis, ut hi, qui legunt, non tam considerent, quid legant, quam cum legant; nec tam dictionis vim, atque virtutem, quam dictionis cogitans dignitatem, idcirco structam mihi calumniam depellere cogor, etsi nihil in ea reperire sit, quod responsonem non modo exigat, sed tanquam superfluum non recuset.

Et vero id & mihi, & bonis omnibus, mirum accidit, quod illos calumnia tuæ testes adhibeas, qui te palam, aperteque falsi convincant. Ita quippe in scenam ingrederis: (2) Certe Editor Actorum Lemos, quem tuum prædidit, & vulgavit, Theodoricus de Viaixnes, mox ut Historiam tuam prælo Bruxellensi in Gallias penetravit, & avidissimis manibus, oculisque arrepta est, non unis literis scriptis in Belgium, tibi quidem Librum illum atrivisti, sed partem ejus bene magnam Domino Priori factionis Jansenianæ, hoc est, Paschasio Quænello debuit. Laudat ille non auctorem operis, sed auctores. Idem Theodoricus de Viaixnes litteris ad D. de Brigode datis 19. Octobris, testimonium offert viri, in Gallia illustrissimi, affirmantis, palpari posse Quænelli calumniam, scriptis tuis intercludentem. Egregie scilicet initium ponis! Ecquis quæso moretur prudens, quid Lemosianorum Actorum Editor, cum primum in Gallias penetravit Historiam, obfuscis, privatisque ad amicos litteris scriperit; quidve tuus ille vir illustrissimus suspicatus initio fuerit? Cum enim sub ascititio primum nomine proferat historicum opus, nihilque librorum ante id temporis edidisset, ut ex stilo, scribendique ratione verus illius auctor agnosci posset, aliis per errorem, incertaque conjecturas, affingi facile potuit. At qui præcipites illas, atque obfuscas, & a te forte corruptas, aut etiam fabricatas Epistolam temere jactas, ut hanc mihi gloriam invidæas, publicis ejusdem Editoris documentis, ac scriptis aperte convinceris. Is etenim, exacto subinde biennio, cum rem totam per otium scire licuit, me unum, præmissa vulgatis actis Præfatione, Congregationum Historiam fecit auctorem, mihi que totam,

totam, quanta quanta est, non partem adscripsit; idque non semel, iterumque, sed amplius vicies. Cum legis ad marginem, inquit, Historiæ Congregationum de Auxiliis, tunc illam Congregationum de Auxiliis historiam, a R. P. Serry, sub nomine Augustini Le Blanc, Lovanii apud Egulium, denique anno 1700. in folio editam indigirari, te monitum velim. Imo per omnes ejusdem Historiæ partes decurrens, mihi singulas tribuit, meo ad singulas ferme periodos nomine appellato. Ne vero Theodorici, Lemosianorum Actorum Editorem, eundem præmissa Præfationis auctorem neges, aliud tibi indubitatum ejusdem testimonium habeto, productum a temetipso ad Brigodæum Epistolam die 27. Februarii 1700. datam, quo tempore Actorum publicationem meditabatur. Decrevi tandem edere in lucem Acta Lemos: jam contraxi cum Typographo: erit quasi volumen alterum de Auxiliis. Cura præcipua erit docere per notulas, & remissiones, conformitatem horum Actorum cum Historia Patris Serry. Immo, si ad hanc rem opus fuerit brevibus dissertationibus, non partem operi.

Quantum quid refert Editoris, abs te laudati, suffragium in te regetere, ut nullas Quænellum, in scribenda, & concinnanda Auxiliorum Historia, partes habuisse convincam; cum hoc idem Quænellus ipse testetur, mihi que elucubrati operis honorem integrum tam modeste, quam vere renunciet, in Motivo juris pag. 165. Historiam hanc non a se, sed a doctore (quæ modestæ vox est) viro altero scriptam, inquit. Je n'ay jamais fait aucune démarche, ni aucun pas, ni parlé à aucun Imprimeur pour l'impression de cet ouvrage, qui est d'un plus habile homme, que moy. Neque enim, ut crimen a se depelleret aliquod, velut illum male nati puderet operis, meritum obendi potest, qui summis illud tum hic, tum alibi laudibus effert; eximium, optimum, præstantissimum, utilissimum passim appellans: (1) Un bon Livre, qui n'a été imprimé par aucune auctorité. . . . Un ouvrage si excellent, & si nécessaire en ce tems-cy. Hinc quoties Congregationum Historiam citare Quænello contigit, non suæ, sed alienæ minervæ parium factus est; ut plane in Gallica Defensione Doctrinæ D. Denis, Canonici Theologi Ledienensis, quam ab ipso scriptam agnosceis: Denique, inquit pag. 56. eruditus Theologus, qui nuper in lucem dedit Historiam Congregationum de Auxiliis, publica ubique plausu receptam, harum rationum potissimas suas fecit, ac plane decretorias dixit. Enfin le savant Theologien, qui vient de nous donner l'Histoire de la Congregation de Auxiliis, regne avec un applaudissement general du public, s'est fait bonneur de rapporter les principales de ces preuves, & de dire, qu'elles decident le differant. Quid etiam, quod Quænellus interdem in hac ipsa Auxiliorum Historia confutatur, data opera; uti Cap. 6. Libri I. videre est, ubi nonnulla adornata ab ipsomet Censuratum Belgicarum Historiæ defensionis capita reselluntur? Non morabor hic, que ad primam criminationem consutandam scripsit recens Belgicarum Censurarum Apologiam. . . . Mihi quippe duo hæc æque falsa probantur: quod subinde multis ostendit. Ecquis porro tam hebes, ac plumbeus, ut illum ipsum Auctorem, aut etiam, si mavis, emendatorem alicujus operis faciat, quem in eo de industria confutatum deprehendit? Clamat præterea stilus ipse, qui unus, idemque Historia tota conspiciatur, isque a Quænelliano, Litterariæ Reipublicæ noto, toto cælo diversus.

Serry Tom. II.

Tu nihil ista moratus, tametsi omnium lucidissima, itas in incæpto, & Quænellum, negantem licet, ac reclamantem, laudati operis ex parte saltem Auctorem facis; utque fidentius otiosus lectoribus fabulam vendas, peculiarem de variis Historiæ scriptoribus Paragrapum subijcis, quo rem ipsam totam, uti gesta est, ab initio narrandam aggredieris. Eja itaque, & quid tuus tibi genius aspirarit, videamus. Anno, inquit, 1698. Historiam tuam, quam censebas jam prælo maturam, ad virum Religiosum Ordinis tui, R. P. Norbertum Delbecque, Roma in Belgiam transmisisti. Neque enim tibi placebat typi Romani, ubi tamen iisdem per te præesse poterat, &c. Maligne proorsus, ac improbe. Nimirum, ut me violati decreti reum agas, quo a Summis Pontificibus cautum est, ne quis, Romæ degeas, elucubrata inibi scripta, extra Urbem typis edenda transmittat. At quid-ni saltem cum tuo illo, a quo commentum mutuatus es, fabulatore consentis, qui Historiæ hujus, ut loquitur, embryonem, in ultimis Gallia finibus formatum, indeque ad Quænellum transmissum ostendit? (2) Verum utrumque mendacem prodit definita abs temetipso temporis nota: Anno quippe 1698. nec in ultimis Gallia finibus, nec Romæ degebam, sed ab Augustissimo Venetiarum Senatu, jam tum ab anno superiori, Patavium evocatus, sacras in florentissima Academia Litteras profitebar; quo munere ad hanc usque diem absque ulla intermissione defunctus sum. . . . Dati Diplomatis, quo in publici muneris possessionem missus sum, diem, ac notam habeto, ut, si minus recte, at caute saltem, in confingendis deinceps, & adornandis fabellis, calculum ponas.

Sylvester Valerius, Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilissimus, ac sapientissimus viris, Andree Navagerio, de suo mandato Pasestati, & Barbongi Mauroceno, Capitaneo Padua, & successibus fidelibus dilectis salutem, & dilectionis affectum. Significamus vobis, hodie in Consilio nostro Rogatorum captam fuisse partem tenoris infra scripti, videlicet: vacante per mortem R. P. M. Nicolai Arnu Catherdra in via D. Thomæ, &c. . . . Quare auctoritate supradicti Consilii mandamus vobis, ut ita exequi debeatis. Datum in nostro Ducali Palatio die 21. Septembris, Indictione 6., 1697. Augustinus Gadaldinus Secretarius.

Cætera, quæ ad ornandam fabellam adnectis, abs te pro arbitrio venditantur. Dic enim, amabo te, unde probes, Delbecquium, recepto Codice Manuscripto, producendi Operis mei curam Quænello demandasse? Vallonium, Jansenianæ, ut loqueris, factionis Actorem publicum, Historiæ meæ causam egisse Romæ, Augustinianorum, aliorumque archiva mea causa lustrasse; eundemque, dum Romæ viverem, a latere meo vix unquam avulsam? Nimirum, ne sua commento tuo pigmenta desint, ista confingis. Et quidem, ut sum ingenuus, Codicem Manuscriptum in Quænelli manus incidisse, non inficior: at id non modo, quod ipse fateris, me inconsulto, sed & Delbecquio nesciente, factum est; Typographo scilicet, ut moris est, antequam opus faceret, communicante, atque tradente, ut ab ipso recitaret, num proba merx emptores facile inveniret. Vallonium, quandiu Romæ subisti, adeo non mihi fidus Achates fuit, ut nec ex nomine, nec ex patria, nec ex publica, quam apud Apostolicam Sedem obibat, federati Belgii Missionum procuratore, notus esset: tamque non mea causa Augustinianum, aliorumque archiva lustravit, quam ne tua; si tamen, quod ignoro, lustravit unquam.

A 2

Bene

(1) Resp. ad cap. Gall. (2) Pag. 3.

(1) Anatom. p. 59. 60. (2) Causa Quænelliana p. 469.

Bene tamen habet, quod hæc ipsa commenta tam imprudenter, & incallide vendites, ut, tui statim oblitus, intra paucas lineas pugnantia narres. Cum enim publicum illum tuum Janfenianæ sectæ Procuratorem, meo semper, dum Romæ degerem, lateri adherentem effutieris, quo me factiosus coitionibus implicitum probes; me tamen, paucis lineis interjectis, vix Roma egressum, adeo in Janfenianorum arcanis peregrinum, ac rudem ostendis, ac probas, ut quo ab illis *Summus Sectæ Princeps* nomine vocaretur, immo quo ipsemet ab iisdem vocarer nomine, penitus ignorarem. Quasi vero non illa pridem, si quæ dixeras veritatem habent, a fido, ut fabularis, Achate didicissem.

Id vero mirandum magis, quod, cum te de variis Historiæ nostræ Auctoribus dicturum, ipsomet articulo titulo spondeas, magnamque illius partem a Quesnello editam, ostendere aggrediaris; hæc, ad summum corrasis, ac forte corruptis, nescio quarum Epistoliarum fragmentis, evincas: Codicem Manuscriptum, jam prælo maturum, ac Belgæ Typographo datum, in ejus subinde manus, me nesciente, incidisse; eundemque editioni faciendæ moram, ac tarditatem aliquam attulisse; ac tum demum postrema foliorum typographorum inspectione defunctum, nonnullas ex multis Theologorum approbationes procurasse: cujus rei gratia duodecim illi exemplaria data fuerint. Cæterum Quesnellum verbum aliquod Historiæ addidisse de suo, vel prælo pro arbitrato, ut loqueris, direxisse, nequaquam ostendis. Immo Epistoliarum laciniis profers, quibus a Delbecquo meo provisum, ac præcautum evincitur, ne quid ab illo mutaretur. Quamquam tuis illis laciniis non est opus, ut nihil ab illo in Historia mutatum, aut circumcisum, certo constet. Qui enim illa ipsa intacta reliquit, quæ in seipsum scripta deprehendebat; longe minus alia, quæ nihil illum attingebant, circumcidisse, mutasse, correxisse putandus est. Ita-ne Lectores tuos, magna promissorum tuorum expeclatione suspensos, deludis, remque contra omnino accidisse probas, quam te sponderas probaturum?

Sed qui Vallonium, Janfenianæ, ut loqueris, sectæ Curatorem, tam sæpe in scenam vocas, cui Quesnellus, & curatæ editionis hujus areana parent omnia; illum ipsum fabulæ tuæ everterem audi, binis ad Quesnellum suum Epistolis, quarum fragmenta Mechliniensis Curie Procurator evulgavit. Prior siquidem, die 25. Octobris, anno 1698. data, dum de Historiæ typis edenda ageretur, amicum his verbis hortatur: *Causa Arnaldina e prælo castigatissima prodit: Curandum ut Banneretti opus* (hoc est, ut exponis ipse, Patris Serry) *perinde a mendis typographicis liberum exeat: Quod utique minus eveniet, nisi tu manum admoveris. LA CAUSA Arnaldina est très correcte: il faut bien, que P Opera Banneretta ne le soit pas moins: ce qui ne sera pas, si vous n'y mettez la main.* Altera vero, post publicatam Auxilliorum Historiam scripta, die 18. Decembris 1700. de edenda Bibliotheca maxima, præcipuus ævi nostri de Divina Gratia, & morali doctrina, lucubrationes continente, sermonem habens: *Inferenda erit, inquit, Historia Congregationum de Auxillis Patris Serry, maxime ubi semel recognita, novisque typis edita fuerit. IL FAUDRA bien y mettre P Historie Congregationum de Auxillis du P. Serry; sur tout quand elle aura été revue, & qu'on en ferra une seconde édition.* Viden, ut ille calumniam evertit, qui litteris, ad Quesnellum ipsum secreto datis, integram mihi elucubrati operis gloriam

tribuit; solum Quesnello typographicorum errorum emendationem?

Quantis tu necessariorum probationum angustiis pressus fueris, ut commentum illud tuum obruderet, inde liquet. quod, relicta statim, de qua tamen agitur unica, Congregationum Historia, ad illud, Gallico idiomate a me scriptum, Opusculum (1) divertas; in quo, si quid minus fa-peret, castigando, nonnihil a me Quesnello concessum ostendis, dum typis in Belgio mandaretur. At gradum deferis, Elutheri, nec id agitur in præsentia; sed quod ille in Auxilliorum Historia partes habuerit: quas te sponderas ostensurum. Hoc opus, hic labor erat. Etsi hoc etiam in capite ridiculum de ludo declamatorum te præbes; qui, cum artem tuam omnem exhausteris, ut factum exaggeres, & Quesnellum facultate, a me accepta, liberaliter usum ostendas; eo tamen, si tibi, tuisque Epistoliarum laciniis fides est, recidunt universa; ut quo loco vitiatas Bellarmini Controversias, quinque rationibus demonstrabam, transmissio Codicis Manuscripto, ultimam ille, quæ minus efficax videbatur, expunxerit, brevemque decem admotum linearum animadversionem addiderit. Næ quæso, si Superis placet, immoderatam emendationem, ingentemque accessionem Gallico huic Opusculo factam; ut si quæ in eo scribendo gloria fuit, hanc mihi idcirco ereptam velis; meque propterea Janfenianis adjuvioribus usum deblateres: quasi vel ad Janfenii heresim pertineat scire, num Bellarmini Controversiæ a Germanis Editoribus aliqua sui parte corrupta sint.

Mitto stupendas cum federato illo tuo Mechliniensis Curie Procuratore antilogias, quæ vos impetu animi potius, quam serâ cogitatione, fabulas facere, satis ostendunt. Tu enim Historiam hanc meam, Romæ conditam scribis; ille in ultimis Gallie finibus; tu opus integrum, ac, meo quidem judicio, prælo maturum, in Belgium transmissum narras, (2) ille informem duntaxat operis embrionem: tu Historiam in Quesnellii manus me inconsulto incidisse significas; ille ea mente, eoque consilio ad Quesnellum ipsum transmissam effudit, ut is in pigro studio operi huic incumberet, atque ad debitam formam perduceret. Sic sane professi fabulatores, dum sua quique narrat somnia, mutuo diffidio committuntur.

Age igitur, Eleutheri, ac de gemino, uti facis, Historiæ nostræ Auctore detecto tibi plaude: alii mentem tibi figmentis, ac somniis feracissimum gratulantur. Nobis haud ita fingendum, somniantumque fuit, ut binos Historiæ tuæ Auctores degeremus; non illos utique commentitios, ac de fabula, sed certos, ac minime dubios: Livium de Mayere, cujus verbosa, ac virulenta Præfatio dicitur esse; & Joannem Baptistam du Soulier, qui in corradenda, ac disponenda fex librorum materia operam contulit. Cui maxime tot mendaciorum, totque calumniarum, ac virulentis, qui passim eminet, stili gloria competat, haud satis notum; id tamen exploratum, ac certum, tuos ipsos Romæ Socios usque adeo Præfationis prociacitate, atque ferocia commotos fuisse, ut num eam perpetuis tenebris devoverent, diu hæserint; Historiamque, ea parte mutatam, primariæ notæ Viris, quorum acre iudicium verobantur, initio distribuerint.

CA-

CAPUT II.

Asteram, de quorundam Thomistarum cum Janfenianis inito fœdere, deque mutua istorum in illos benevolentia, criminatione remittitur.

AD superiore culummiæ nova ista de trivio criminatione, veluti cumulus, accedit, qua non me unum, sed virum etiam, ævi summum, Natalem Alexandrum, & Norbertum Delbecquium, eruditum æque, ac pium, initi cum Janfenianis occulti fœderis petulanter incufas. Bonum omen: ea quippe degimus ætate temporum, qua nemo unus Augustinianæ, atque Thomisticæ eruditionis laude clarus est, qui non ea statim ab æmulis invidia oneretur. Que tu initi fœderis argumenta proferas, lubet ad crism exigere, ut hinc demum experiri liceat, num tu verius cum sana mente divortium feceris.

Clamas, deprehensum cum Janfenianis litterarum commercium: utque specioso choragio imperitorum oculos passas, nonnullarum Epistoliarum laciniis lectoribus explicas; Quesnellus, Brigodæi, quibus inscriptæ dicuntur, distincta nomina grandioribus characteribus exhibes; ac tum demum excitatos in utrumque, Janfeniani occasione, turbines narras, lataque Bruxellis judicia integra repræsentas: quasi vel ad eos litteras destitisse, fecisse fuerit morte piandum, & coalitæ cum Janfeniana secta factionis certissimum argumentum. Nugæ, deliria, commovendis puerorum animis opportuna! Age enim fingam, Quesnellum, & Brigodeum œcumenicæ Synodi sententia damnatos esse, Janfenianorum errorum supremo Ecclesiæ iudicio convictos, imo sectæ duces, ac principes denunciatos; An ideo violatæ religionis, ac fidei reos dabis, qui, nondum nudatis erroribus, si qui forent, ac necdum commota suspitione, suis illos litteris convenissent, usumque privata rei cum iisdem bona fide consociassent? Id si velis, sanctissimos Ecclesiæ Præfules initi cum Pelagio archifimi fœderis pari titulo reos ages, qui litteras illi non qualescumque, sed laudum profusas, nondum detectis erroribus, dederant; de quibus sapienter admotum S. Augustinus Lib. De Gestis Pelagii, cap. 25. *Quid Pelagio profant tanta ejus laudes in Epistolis Episcoporum, quas pro se commemorandas, vel etiam legendas, vel etiam allegandas putavit; quasi cum hæc perversa sentire, omnes, qui vehementes, & quodammodo ardentes, ad bonam vitam exhortationes ejus audiebant, facile scire poterint? Quæ quidem non hic ego commemoro, urgeoque, ut cuiquam odiosa comparatione invidiam creem, fidemque cuiusquam suspectam habeam: sed ut intelligas, non illico fœdus inclamandum, turbasque ciendas, quod scriptas, queis nolles, Epistolas interceperis; sed quid ipsis feratur Epistolis, quo tempore, qua mente, quoque consilio data, cujus demum rei curandæ studio scriptæ fuerint, inquirendum.*

Quin tu, fodes, sacris etiam Capitibus calumniam intendis; Eminentissimis R. E. Principibus, Archiepiscopis, & Episcopis, virisque omnium gentium eruditissimis, nulla unquam sinistra suspitione adpersis; qui Quesnello, doctrinæ fama noto, antequam res illi male venterent, litterarum commercio jungebantur? At est illa, ut video, calliditas tua. quinas, aut senas Prædicatorem ad Quesnellum Epistolâs deprehensas altius exaggeras, grandioribus notis excribis, vulgari pariter, ac latino idiomate repræsentas, ut aurito gregi, ac servo pecori fucum facias; & coalitæ factionis incautis lectoribus speciem ingeras: quingentas vero & eo amplius Virorum illustrium Epistolâs, eodem ca-

su deprehensas, quæ omnem iniquæ coitionis suspitionem amoveant, cate diffimulas; ne si sacra Capita una, eademque criminatione nobiscum involveres, criminatorem boni omnes execrarentur, atque in te unum contumelia recideret.

Sed quid tandem datis a nobis ad Janfenianos tuos Epistolis contentum exhibeas, perpendamus; quo constate criminationis insulatas magis pateat: etsi tuæ, in proferendis illarum excerptis, subleatæ fidei suspicio non modica sit.

Et me quidem cum Janfenianis junxisse fœdera, hoc uno contendis, quod die 3. Martii anni 1703. datis, ut ais, litteris significarim, *Ad me Roma perscriptum esse, latam illic condemnationem solutionis Casus conscientie, in Janfenii factum minime cadere; sed aliis de causis ad sententiam ventum esse: 1. quod ea perpetuo ingerantur disputationum argumenta, qua Roma silentio involvi vellet. 2. Quod minori veneratione, cultuque excipiatur lata dudum Censura in Vestitionem Montensem, librumque Ritualem Alesensis Ecclesiæ. At boni Patres damnationem ad Janfenii factum certo referant, quod potissimum suis Consultationis argumentum.* Qua tu recitata periodo, bilem in me non modicum fundis; ut qui Janfenianis blanditus sim, iisdemque caput demulserim. At injuria. An enim, quia quod Roma a privato quodam amico perscriptum erat, simpliciter retuli; nihilque de meo adjeci, sed assertionem meam, iudiciumque cohibui, peccasse idcirco, ac male meruisse, censendus essem, tametsi falsa istum datis Epistolis nucciasse, demonstrares? Certe (ut parem tibi monetam eudam) falsa procul dubio nunciabat Paulus Oliva, Societatis tuæ Præpositus generalis, eruditus æque, ac pius, dum ita de altero Romana Curie iudicio Michaeli Molinos scribebat, die 25. Februarii 1680.

In me finalmente non cape, in qual guisa il Padre Bell'huomo, lettore già famoso nella Theologia nelle nostre università, e Maestro nelle Case della nostra probatione si venerato, sia stato diserito come injurioso a S. Dionigio Areopagita, come negatore della vera contemplatione nella Chiesa di Dio, come Scrittore insperito etandio de primi principii di chi professa Oratione non vocata; parlando egli con fondamenti sì sicuri, con riverve sì chiare, con modestia sì religiosa. Lodi a Dio della tanta luce comunicata a supremi diffinitori della Congregatione dell'Indice, & infinite grazie alla Divina provvidenza eterna, che han difesa l'innocenza d'huomo tanto profittevole, e tanto cauto.

Illud demum animo assequi non possum, qua ratione P. Bell'huomo, celebris adeo Theologiæ Professor in Academiis nostris, idemque Novitorum informator, summo in domibus probationis nostre honore habitus, delatus sit tanquam D. Dionysio Areopagite injurius, veræ contemplationis, quam Catholica profitetur Ecclesia, contemptor, & impug-nator, mentalis Orzationis Magister imperitus, ac rudis, qui ne prima quidem ejusdem principiorum notis: qui tamen tam firma doctrinæ suæ fundamenta ponit, summamque ubinamque observationem adhibet, ac modestiam plane religiosam. Factum bene, quod tantum calitus supremis Congregationis Judicibus lumen affluxerit! Gratias supremo Numini immortales, cujus providentia factum est, ut Scriptoris adeo utilis, prudentis, ac cauti innocentiam ab injuria vindicaretur.

Sic ille, bona quidem fide, atque simpliciter, falso tamen, ac minus provide nunciabat, quod decretam a sacra Congregatione Bell'huomii absoluteionem certo crederet; cum ex adverso damnationis sententia definita fuisset, quæ vulgato subin-

(1) Le Correcteur corrigé. (2) Causa Ques. pag. 466.

subinde Decreto publici juris facta est: Unde & in novissimo librorum damnatorum Indiculo recensetur, *Il Pregio*, e l'Ordine dell'orazione ordinaria, e mistiche, discritte dal P. Gottardo Bell'huomo, in Modena 1678, per gli Eredi del Miani stampator ducale. Jam quod Michaeli Molinos, Romæ degenti, scribentur Paulus Oliva, hoc idem amico, etiam Roma diffuso, scribere potuit, ac forte etiam, si se dedit occasio, scripsit re ipsa. Quid tu porro, Eleutheri, si quis forte, accepta parisi forma Præpositi Generalis Epistola, tale quidpiam ad se Roma perscriptum significasset? Bell'huomium scilicet ad Sacræ Congregationis tribunal temere delatum, Divino tandem purpuratis Principibus afflante Numine, absolutionis sententiam tulisse, virique adeo prudentis, & cauti agnita a supremis Judicibus innocentiam? Ita-ne hominem, talia sibi nunciata simpliciter enarrantem, Quæstus fœdere junctum effutires; aut etiam (quod iniquus esset) Paulum Olivam, nefariæ Sectæ Principi dato nuncio, blanditum obtenderes; cujus potius insanos errores, tanto pietatis, ac religionis zelo infectus est?

Quamquam quid alienis exemplis est opus, ut descriptionem excusem? Cum si vel solam adscriptam Epistolæ diem meam, quam ipse indicasti, tertiam scilicet Martii 1703. cum lata Romæ famosi Casus damnatione contulisses, illatæ mihi calumnie insultatam nullo negotio deprehendisses. De Brevi quippe, seu Decreto Apostolico die 11. Februarii dato, sermonem illic institui, planum est, non de ipsa Constitutione Apostolica, quæ non nisi longo post tempore, die scilicet 16. Julii anno 1703. publicata fuit. Id porro inter utrumque discriminis interest, quod Brevi Pontificis solia duntaxat, famosi Casus solutionem continentia, simpliciter damnetur, ac reprobentur, nulla in peculiare solutionis articulos districta censura, nullaque Janseniani facti injecta mentione; quæ res, in quam scripti partem dampnatis caderet, dubium relinquebat, variisque interpretationibus, ac rumulculis locum dabat, quæ amicum, ut id litteris scriberet, addixerunt: Cum contra, Apostolica Constitutione in Jansenii factum expressa, distinctaque Censura feratur, omni demum de Pontificis mente sublato dubio. Næ tu itaque cavillator, ac refractarius, qui quod de Brevi Pontificio, die 12. Februarii dato, ad me Roma perscriptum denunciavi, de Apostolica Constitutione ab incauto lectore intelligi velles; imo tale quidpiam a Viro Romano ad me perferri potuisse, pertinaciter negas, ut me conficti mendacii reum agas, & Jansenianis partibus implicitum dicas? Hæcenus quidem Jansenismum alterutro capite situm audiveram: aut si damnata Janseniana Propositiones, sanæ doctrinæ dicerentur; qua parte suo positum, adjunt: aut si, hæreticæ cum dicantur, Jansenii tamen esse negentur; quo capite facti quæstionem involvi, putant. At tu, quo fidentius calumniam struas, novum Jansenismi genus in eo positum comminisceris, si quis Jansenii factum primo illo Clementis XI. decreto damnatum neget, in quo nec Janseniani facti, ac ne quidem Jansenii vocabulum extat: imo (quæ inæptiarum ineptia est) si quis id ab alio ad se perscriptum fuisse, significet. Quasi non hoc idem vel ad te ipsum scribi ab aliquo potuisset, gemino ante anno, atque dimidio, quam Clementina Constitutio, quæ omne demum de Pontificis mente dubium sustulit, vulgaretur.

En tibi fact bene retusa, quæ me in objecto fragmento utrumque contingunt. De reliquo, quid de ipso Jansenii facto sentiret, qui eas ad me Roma litteras dabat, nec novi, nec mea interest,

qui nullius me sponforem, ac prædem dedit. At id certo scio, nihil in eum ex hac ipsa, quam prodixi, lacinia extundi posse. Aliud quippe est, Jansenii factum perfractæ negare; aliud, hoc, vel illo Apostolicæ Sedis Decreto sanctum, simpliciter diffiteri: Uti profecto, si parva magnis componere licet, aliud longe est, Trinitatis Mysterium, aut si mavis Confessionis Sacramentum omnino negare; aliud, hoc, vel illo Scripturæ oraculo expressum, duntaxat inficiari. Tam ergo Jansenianus, aut Jansenianis fœdere junctus, citra calumniam dici nequit, qui decretum Clementis XI. die 12. Februarii datum, in factum Jansenianum minime cadere, datis ad me litteris, perscribebat, tamen si boni Patres aliter vellent; quam non sunt Calviniani, aut Calvinianis fœdere juncti, Theologi celeberrimi, Cajetanus, Estius, Maldonatus, Lorinus, qui Actorum verba cap. 19. ad stabiliendam Sacramentalem Confessionem dirigi, negant, *Multis credentium veniebant confidentes & annunciantes actus suos*: quamquam id Bellarminus, & alii certo credant: Nec Sabelliani, Sabellianis fœdere juncti, citra calumniam dici possunt, qui ad astruendam Trinitatis Mysterium, Genesis Oraculum cap. 19. secti nolunt, *Pluit Dominus super Sodomam ignem, & sulphur a Domino*; et si alii maxime velint.

Alexandrum, quo Magistro glorior, ac triumpho, inconsiderantissima temeritate, in initio fœderis reum agis, dum id unum in ejus ad Brigodeum Epistola reprehendis, quod *Hænebelio, viro clarissimo, verisque Augustini Discipulis, & Senioris doctrine defensoribus bene præcatus sit, suaque illis officia detulerit*. Quid ergo, malam illis crucem precari debuerat Alexander, & Hænebelium, verosque Augustini Discipulos, Jansenianorum loco censere? Id si velis, uti te velle aperte significas, non modo in Innocentii XII. Decretum impiagis, neminem, nisi judicio convictum (uti certe convictus non est Hænebelius, imo Romæ summe laudatus, ac scriptis in Belgium Litteris commendatus) eo nomine infamandum, decerneris; sed hæretici ipsam, ab Apostolica Sede damnatam, in vera Augustinianæ doctrinæ professione locare convinceris.

Quod addis hoc ipso in loco, non Alexandrum utique ferit, sed tuam in consarcinandis qualiumcumque Epistolarum centonibus imperitiam ostendit. Scilicet, cum Jansenista nescio cujus Epistola scriptum legisse, Thomistarum non paucos a se visos, qui domesticæ scholæ de gemino auxilio, quo, & sine quo non, interpretationem repudiarent; futurumque ut alii plane omnes brevi ad Jansenii interpretationem accederent; id, inquam, cum legisse, nec tamen instituta de Alexandro orationi lacinia illa congrueret, tu male coherentem centonem hac bella animadversione consulti: *Hæc Natalis Alexander alios sui similes, ex Ordine suo non paucos. De quo se Jansenista quidam insignis; speratque, brevi Dominicans omnes in Jansenii pertractum iri. Hortatur is prolixis admodum litteris sodalem suum, ut super famoso textu Sancti Augustini De Correctione, & Gratia, circa auxilium quo, & sine quo non, Scriptum elat; & adpromittit, fore ut hac via Thomista omnes falsam suam interpretationem deserant, quam affirmat a pluribus deservit esse jam nunc. Quo dato prologo, fatidicam Epistolam nectis. Inepte sane, & incondite. Nihil quippe de Alexandro tuus ille hæreticus Jansenista; nec scilicet illos Scholæ Thomisticæ defensores, Alexandro similes fore, innuit, uti præmones; sed sua simpliciter fœnia vendit, Alexandro ne quidem ex nomine appellato: tu mendacium hoc, ut cento congrueret, fœnis addi-*

disti. Interea, quam præsidenter futuram Thomistarum a pristino dogmate defectionem insignis ille tuus Jansenista prænuñciat; tam temere futuros illos, si deficerent, Alexandro similes comminisceris. Uterque perinde cogendi estis; ille, ut visos a se Thomistas nominatim appellet, qui jam iam domesticæ Scholæ interpretationem repudiarent; tu ut Alexandrum a suis eo in capite segregem probes. Quæ ille religione, ac fide, in eo dando interpretationem, ceteris Thomistis ad hæretic, melius ceteris dixerim, qui hoc idem ex distantis ore non semel accipi, dum, eo Magistro, Theologiæ tyrocinia Lutetiz ponerem.

Deiuncto, ut tibi quidem visum est, Alexandro, in Norbertum Delbecquium vertis iras. Uterque illum Jansenianis fœdere junctum, ac damnatis erroribus tinctum ostendas, omnia sus de que mices; quæque Jansenismi propulsandi studio facta, scriptaque ab eo sunt, fovendi, ac propagandi animo tentata interpretaris. Rem, ut se habet, paucis aperiam, ne tua tibi, in eruditi Theologi litteris corradendis, fallacia lucro sit.

Theologos Lovanienses bene multos, uni Augustino, Jansenianis erroribus, ac Molinianis novitatibus alegatis, sincere, atque ex animo ad hærentes, in amicis habet Vir Religiosus, suaque illis, quæcumque potest, officia devovet. Cumque nihil illis adeo exitiale hæc temporibus contingere posse, probe norit, quam si Janseniano fermento asperis, ab amulis traducerent; id præ ceteris moner, ne cum his studio, atque doctrina jungantur, quos aut minus sincere Jansenianis erroribus nuncium mittere, aut minus integram Pontificis Constitutionibus obedientiam profiteri, deprehenderint. In hoc toto spiritu delectat datis Epistolis, & a iungenda cum istdem societate suos avertit. Quid ea agendi, scribendique ratione prudentius, quid religiosius? At tu, familiaris calumnia usus, germanos illos, verosque Augustini Discipulos, Jansenianos audacissime dicit, occultos tamen, ac reftos, qui Roscios delibent agant, ne videantur id esse, quod sunt quam maxime: ut hinc Viro Religioso succentendi ansam arripias, quod Viris, Jansenismum teste foventibus, studio iungatur; & in corvos duntaxat, tacite vesici nescios, silum exercent, qui, ut sentiunt, ita palam loquuntur, ac scribunt. Equis te, Eleutheri, intimorum animi sensuum arbitrum dedit, ut alios quidem occultos, alios apertos Jansenianos appelles; & in utroque (quod Ecclesiæ Catholica negatum est) privatus homo iudicium exerceat? Quis jam calumniam effugiet, ne Jansenianus, cum tibi, tuisque liberis, statim audiat, sin minus apertus, at occultus, ac fictus? Gratias Superis immortales! Tui similes fidei Quæstiones Ecclesiæ non habet; quos in Belgii angulo hæreticos damnas, Roma fovet, ac summe Catholicos probat.

Certe Delbecquium in fovendo litterarum commercio adeo consideratum, ac continentem expertus sum, ut ab intimo olim amico abalienatum viderem, quod ab illo audaciorem in Romanam Curiam Epistolam accepisset. Danielem Papebrochium, Societatis tuæ virum, confessor, quocum veterem conjunctionem dissolvit, ex quo hanc ab illo accepit Epistolam, Antverpiæ datam die 4. Octobris 1696. ejusdem in Romanæ Curie iudicia venerationis testem, & obisidem.

Optimo amico meo R. P. gratias ago pro eo, quem monstrat, sensu illoribus, super confessione librorum meorum in Hispania, ET MAGIS INDIGNA CENSURA ROMANA contra Propyleum, ob causas, quas mihi non conceditur scire, sicut nec audiri merui;

licet expressa promiserit Pontifex, super iis, de quibus accusabar, audiendum me. An ea sententia exitura sit decretum, adhuc dubitatur; & fieri potest, ut auditio Cardinalium, & Prælatorum Galliarum, super sententia stomachantium, sensu, nunquam prædeat. Interim vero speramus, ex parte I. Responsionum mearum (maxime cum fuerit in Italia recusa, vulgataque per manus) mutanda iudicia ipsorummet Censuram, quæ credere volo IGNORANTIA RERUM POTIUS, quam malevolentia peccasse, aliter iudicaturas, si expectare voluissent responsa mea, quæ Hebdomadis Romam advenientia. Divina Providentia tempestatem hanc ideo permisit videtur, ut Opus Actorum, etiam apud eruditos rix aliter, quam fama notum, nedom vulgo digne estimatum, (quod tanta volumina pauci legant) per responsa ista, mire passim probata, & laudata, omni boninum generi innotesceret; & estimantur magis: Carmelitarum vero presumpcia antiquitas, hæcenus patienter tolerata, multis etiam credita, ubique sere contemnatur, distinctius jam cognita. Commune autem iudicium est, melius sibi consulturus fuisse bonos illos Religiosos, si nostra de rebus suis silentia contenti, non nos coegissent movere fœdes suas. . . . Publica causæ proderit, si Patri Secretario Congregationis Indicis Romane, N. contus persuaderet, ut impediat promulgationem Decreti contra Propyleum, tanquam ESTIMATIONI CONGREGATIONIS, ET CENSURARUM ROMANARUM MULTUM DETRACTURAM IN GALLIA. Ibi enim etiam ab Episcopis, & Cardinalibus sic laudatur, & probatur Opus illud, ut etiam Actis Sanctorum præferatur. Quas tu, quæso, tragedias faceres, si tales aut meas, aut Delbecquii Epistolæ furripuisses? Quæ probra, quæ maledicta congereres, ut Romanorum Iudiciorum contemptores traduceret, denunciaret?

Minus, ut arbitror, Censura tua Delbecquium movet, dum in Theologicam scripturam, qua bipartitum Adriani Wichii Schema dispunxit, calumiam acis. Temeritatis in primis, atque audacia plenum est, quod statim ingemis, hunc ab illo susceptum laborem, suum ut in Jansenianis affectum non verbis solum, sed etiam rebus, restatum faceret. Erras, & pro summa, quam tibi arrogas, scrutaadorum cordium potestate, graviter hallucinaris. Alius Religioso Viro animus fuit, sinceram scilicet Thomisticæ Scholæ doctrinam, adversus Molinianum scribulatorum, Romanis Censuris non semel inustum, erudita lucubratione vindicare. Mensuram cumulat, quod ad iudicis probum: Delbecquium, instantem Vallonio, Catholicam sententiam, qua Christus pro reprobis etiam mortuus dicebatur, e Manuscripto Codice rescari permisit, & amicorum gratiam Christi Gratia prætulisse. Mendacium exprobrat illa ipsa, quam prodixi, Vallonii ad Quæsiellum Epistola; qua non ipsam de Christi morte pro reprobis appetita sententiam rescissam renunciat, sed miseram, atque implexam, (ut ipse quidem autumat) ejusdem sententiæ occasione, DIGRESSIONEM. Aliud quippe est fidei caput, quod data ad primam Moliniani scriptoris objectionem responsione, disertissime Delbecquius posuit; aliud inutilis, ac præter institutum, astuta variarum ejusdem dogmatis interpretationum enarratio, quæ Thomistas, ac Molinianos, inter se aut consentire, aut dissidere, demonstrabat. At tu, quæ es ingenuitate, ac fide, ut erudito Viro invidiam contes, utrumque promiscue confundis; quasi, expuncta digressione, ipsum fidei caput expunctum esset. Ecce vero, ne prodiret in publicum Delbecquii Opus, ea licet digressione iniquum, tam audenter instabat Jansenianorum, ut loqueris, Procurator, Epistolæ a te ipso laudatis pag. 28., si in Jansenii sententiam Delbecquius; uti delibateras, con-

concedebat? At prodibit brevi, & quam sancte, quam religiose hoc ipsum fidei caput asserat, palam fiet. De cetero, num qua Gonetus in exponenda antecedenti salutis omnium hominum voluntate, commentatus est, non modo a Delbecqui instituto aliena fuerint, (propter quod referari meruerant,) verum etiam inepta, ac plane misera, censeantur, uti suis Vallonius Epistola scribit, pareo ad crismam exigere, quod nihil ad purgandum Delbecquium attingat.

Unum monere satius fuerit, te nimio Scholæ Thomisticae denigranda astu abreptum, imprudenter, & ofeitanter cuncta pervertere, tuasque corrasarum Epistolarum lacinias, quo minime pertinent, eo referre. Ubi enim hoc ultimum Religiosi Theologi factum misere detortum exaggerasti, quod ad quintam, ut ais, Jansenii Propositionem accesserit, hoc inde consecrarium elicis animadversione dignissimum: Unde spes novæ assulget Jansenii affectis, fore ut Dominici paulatim ad Thomisticam veterem (quam volumus Jansenisticam esse) doctrinam reducantur. De quo Editor Actuum Lenos Theodoricus de Vianxnes his verbis scribit ad Quæsnellum 15. Februarii 1701. Quod mihi refers de dispositione animi Patris Delbecqui summo opere me recreavit. Spero, fore ut Dominici tandem aliquando agnoscat, quod injuria annis ab hinc quinquaginta, & amplius, deseruerint causam Gratiae Jesu Christi, quam initio hujus sæculi tam strenue defendunt. "Certe quamcumque animi dispositionem in Delbecquio gratam habuerit, dum hæc scriberet Theodoricus, ut futuram inde nostrorum mutationem ominaretur; hæc tamen vel ad Schematis confutationem, vel ad rescissam, de qua diximus, digestionem referre velle, perinde est, ac si quis jungat vulpes, & mulgeat hircos. Nondum enim Delbecqui, ac ne ipsius quidem, quod confutat, Wichii Opus editum erat, dum ea Theodoricus Epistola data est. Publicandi siquidem Schematis approbatio die duntaxat 20. Februarii 1701. Antverpiæ concessa fuit, cum jam ante dies quinque ad Quæsnellum scriberet Theodoricus.

Sed nunc ad alteram criminatōnis tuæ partem veniamus, qua coalitam Thomisticam inter, ac Jansenianam amicitiam exprobras. Quam speciosam, & elegantem Articuli titulo lectorum oculos provocas, De mutua Jansenistarum in prædictos Thomistas benevolentia? Quam certa, quam firma coalitæ amicitiae argumenta statim ab initio polliceris; collata scilicet mutuo beneficiis; benevolentissimi animi significationes a Jansenianis Scholæ Thomisticae datas; profusas in Prædicatorum Ordinem, librosque ab eisdem Theologis publicatos, laudes immensas, & gloria magnifica? Quæ tria ex Jansenianorum ad nostros Epistolis ostendere parat.

An id re ipsa ostendas, expendam posthac. Dic tamen interim, rogo te, quem non pari arguandi formula, si maledicendi adesset animus, denigrarem? Certe si id mihi, E. G. constitutum esset, calumniosum De mutua Quietistarum in Jesuitas benevolentia, articulum scribere, paria mihi probanda, quam fingerem, mutua amicitiae argumenta suppetere: nec obscuros duntaxat viros, invidioso forte nomine infamatos, sed ipsum nefarie sectæ Principem proferre possem, cellata mutuo beneficiis, scriptis ad Præpositum Generalem Epistolis, memorantem; benevolentissimi animi significationes exhibentem; Societatem demum, editosque ab eisdem Theologis libros, magnificis elogis exornantem: quin & istas Epistolarum lacinias laciniis contra rependere, facile esset.

Quæstio Religione, di cui mi pregio, e vanto di esser figlio, e disepolo. Io, Padre Reverendissimo, non solo non voglio persequitare la Compagnia, ma desidero servirle nell' occorrenze più ardue, e quando tutti l' abbandonano. Di che ormai ne diedi un saggio in quel tempo, che l' Università di Valenza suscitò lite con il Collegio di S. Paolo della Compagnia, pretendendo vietargli la lettura di Theologia: resistendo io, messo dalla verità, e gratitudine, a suo favore, aver imparato in lui materie Theologiche; cosa che non solo non la voltero fare gli altri dottori di essa Università, ma mi diedero non poche, nè lievi mortificazioni. Nelle mie Missioni sempre mi sono unito con Padri di quest' Ordine medesimo; ed i suoi superiori volentissimo mi hanno favorito della licenza, e mi hanno fatto partecipare dell' Indulgentia plenaria di Gregorio XIII. Ho avuto in questa Religione i Padri spirituali, a cui ho scoperto tutto il mio interno, e coscienza, come il sanno benissimo alcuni de' Reverendissimi Padri Assistenti, che stanno a Roma.

Io non conosco il Padre Bell' uomo: e benchè egli non fosse de' sublimi talenti, che V. P. Reverendissima a me accenna, mi basta, per venerarlo, esser figliolo della Compagnia. E perciò egli assicurasti, che se la sua dottrina, e si foda, e ben fondata, come egli mi dice, Dio illuminerà i suoi nemici, acciocchè tale la riconoscano.

tantisque non esset, qualem effingis, id mihi satis habeo, filium Societatis illum esse, ut venerer. Hoc interim tene: si tam certis, ut ais, firmisque fundamentis doctrina ejus innixa est, Deus vel ipsius etiam æmulos sua luce perfundet, ut eam talem agnoscat.

Ita nefarie sectæ Princeps in Societatis tuæ laudes effunditur. Sed absit, ut a te ipso exemplum capiam, Eleutheri; tanque levi, futile momento, coalitam Jesuitas inter, & Quietistas amicitiam objiciam, quos potius implacabili odio disjunctos agnosco. Hinc tamen noveris obiter, quam fluxa, futileque sint illa tuæ, quæ certa, firmaque putas, coalitæ Thomisticæ inter, ac Jansenianæ amicitiae argumenta; etsi certos nobis, ac minime dubios Jansenistas obruderet.

Quid

Quid vero si producta abs te mutua, quam objicis, benevolentia argumenta minutatim expendam? Utrum magis rideam, anceps hæreo, an congerendam quiescens studium, an probationum utilitatem, ac levitatem. Viginti enim, & eo amplius Epistolarum lacinias confuis, quibus id unum conficis, tuos illos, quos comminueris, Jansenitas Historia meæ, Lemosianorum Actorum, ac Reginaldi Operis editiones procurasse. En totam mutua benevolentia probationem: egregiam sane, ac decretoriam! Quidni igitur, pari maledicendi licentia, Lutheranorum, & Calvinistarum in Jesuitas benevolentiam exprobrat aliquis, quod ii tam sæpe Jesuiticorum Librorum Editiones in Hollandia procurant? Hujus quippe generis multas esse, nec tu quidem, opinor, ibis inficias. Viden, quo ducant probationes illæ tuæ? Quam obiquas in Thomisticis consecutiones elicias, etsi, quæ falsissima ponis, vera esse, atque certissima, fateamur? Absit enim, ut illos omnes Jansenitas ponamus esse, quos vocas; teque in afflicta infamia nota, referendique Epistolarum fragmentis probata fidei virum habeamus; qui ipsum etiam Sinesium Præfulum in Romana Curia Procuratorem, tuis illis, quibuscum junxisse fœdera scelus fuerit, Jansenitis adnumerat; virumque pietate, religione, laboribus Apostolicis commendandum, constanti trim Romanorum Pontificum gratia usum, Clementi XI., cui nota, perspectaque virtus ejus est, in primis charum, præcipuum in Sinesii causa machinatorem appellas.

Ludam nihilominus operam, si quam ipse tandem agnoscis, ac probas, illatæ nobis calumnia vanitatem, multis ostenderim. Eo me levasti onere, dum articulo proxime sequenti, corras unde cumque Epistolarum fragmentis, probare instituis, Jansenistarum in Thomistas amicitiam simulatam esse; illosque, vulpecularum instar, simulationibus, & suis captare Prædicatorum animos, quos nolent adversarios, timentque magis, quam amant. Bene est, Eleutheri, causam nostram cumulatissime perorasti, ac in te ipsum aptissime decrevist. Quorsum enim coalitam inter nos amicitiam finxisti, ac porro exaggerasti? Nimirum, ut nos doctrinæ communionem junctos inueneres, nobisque Jansenianam scabiem ab iisdem afflictam significares: eo quippe collimant omnia. At si, te ipso fatente, tecto, ac dissimulato nobiscum animo sunt Janseniani, si nos verius timent, quam amant, nosque re ipsa experiuntur adversarios; ubi quæso, exaggerata illa tua doctrinæ societas, errorumque communio! Revolve igitur, Eleutheri, Jansenianorum, quas jactas, Epistolas, fragmenta transcribere, latine reddere, ac lectorum oculis sistere, ut te monitratore, noverint universi, Jansenianorum decreto, atque sententia, Dominicanos miseros homines esse: &c. . . . Intolerabili fascinatione capi, qua supponunt, existere sectam quamdam Janseniticam, & Scholæ suæ interesse, ut id supponatur, usque ab hac recte se distinguant: &c. . . . Plus illos nocere veritati, ac bonæ causæ, quam Molinistas professos: &c. . . . Thomistarum non sectis, ac Molinistarum doctrinam, proscribendam omnino esse, ut una triumphet Jansenii delictatio victrix: &c. Hæc, inquam, aliaque id genus, in nos Jansenianorum tuorum probra, dicta, ludibria congere. Quid nisi te ipsum illatæ nobis calumnie reum probas, dum eos & hostes, & contemptores nostros ostendis, quos amicos, ac socios paulo antea didiceras? Perge porro, & quod instituis, persequere: Vallonii Jansenianorum, ut vocas, Actoris, de Alexandri ad Danielelem Jesuitam Epistolis judicium ostenta, multa in iis contineri asserentis, quæ nihil va-

Serry Tom. II.

leant, ut, quod supponat Alexander, Janseniam Janseniticam esse, & venenum hæresos in dies diffundit: quod illos reos agat peccati mortalis, qui venterant subscribere Formulario Alexandri VII. subscriptione pura, & simpliciter, & absque distinctione juris, & facti: Hæc, inquam, studiose scribere, ac libris inferre. Quid, nisi clarissimum ævi nostri Scriptorem, falsis a te palpati Jansenismi criminatōnibus appetitum ostendis? Sine igitur, Augustinianum illud usurpemus, quotquot Dominicano Instituto, ac nomine fumus: Quoties calumniator noster eris, toties noster contra te ipsum iudex eris.

Jam quo te excurrendi, cunctaque, præter rem, & institutum, lectoribus obrudendi studium abripit, dum Paschali Quæsnelli causam, in Belgio tractatam, latumque in eundem Judicium magna pompa oculis ingeris: quasi vel me, vel meam Auxiliorum Historiam ita contingant? Quam inepte prolixam adeo narrationem obrudas, satis ipse perentis, qui ne tibi tam devium, qui me nihil attingit, excessum quis vicio verat; id statim initio laboras, ut ne longius accessita videatur; teque in hanc orationem ingressum significas, quod literarum cum illo commercium habuerim. Apte profecto, & congruenter excogitatum! Equid, quæso, si a te ipso exemplum capiam, parique insulitate, Lutheranae, aut Calvinianæ Historiæ texenda occasione arripiam, quod ad edendam, distrahendamque Historiam tuam, nonnullas forte Amsterodamum literas scripseris? Aut si Paulo Olivæ, Præposito tuo Generali, contumeliam facturus, prolixam illi Michaelis Molinos damnationis narrationem occentem; quod nonnullum illi (absit tam virorum, quam læti in utrumque judicii, comparationis invidia) cum nefario viro Epistolarum commercium fuerit, innocuum licet, ac religiosum? Tuam itaque narrationem Quæsnellus viderit, suamque ipse causam oret: ego memet rerum mearum finibus religiose contineo, nec quos mihi ipse circumdediti cancellos egredior.

Quod autem sub narrationis tuæ finem lectorem mones, nomen meum in arcanis Jansenianorum notis, seu in clavi, ut loqueris, Janseniana inscriptum legi; puto, te pueros terrefactos voluisse, qui credant, eas artis magicæ notas esse, aut forte clavam abyssi, qua devotæ æternis ignibus animæ obserantur. Quasi vero non illic quoque trium Romanorum Pontificum, triginta, & eo amplius S. R. E. Cardinalium, octoginta circiter Episcoporum, ac Præfulum nomina, arcanis perinde signentur notis, aut forte (quod ne Reges quidem, ac Principes possunt) privatus homo oblatre valeam, quominus de me, qui voluerint, scribant, ac me, quo voluerint, arcano nomine suis in Epistolis notent?

CAPUT III.

Eleutheri somnium de rebus, quas falsissimas Quæsnellus sciret, Historiæ Auxiliorum ab eodem inferentis, dissipatur. Hujus edende Historiæ rationes, a nobis alias assignatas, contra novi Declamatoris cavillationes defenduntur.

Redis e longo diverticulo, ut otiosis lectoribus somnium narres: Quæsnellum multa, quæ falsissima sciret, Historiæ Auxiliorum inferuisse. Grande nefas, ac viro probro proflus indignum! Verum si re ipsa (quod Capite I. ostensum est) Historiæ non est auctor, juste in eam nullum habuit; qui, quæso, quæ falsa noverat, inferere potuit? Sane, si tibi reclus, ac sanus in scribendo constaret animus, ex hoc ipso, quod

B

fin.

fingis, multa in Historia contineri, quæ Quænellus ex amicorum epistolis falsa noverat; nullo negotio collegisses, nullas illum in ea edenda, ac nequidem corrigenda partes habuisse. Sic enim, qui recte sapiunt, argumentantur: Multa E. G. in Libris Hypognosticon deprehendimus, quæ falsa noverat Augustinus; illorum igitur non est auctor, ac ne quidem corrector, & emendator. At quia perverse, ac perperam cuncta detorques, Quænellum multo, quam antea, fidentius, ac certius Historiæ nostræ auctorem facis; ut ex ea, quam somnias, agnitarum ab eo falsitatum admixtione, conviciandi fiduciam capias, hocque egregio epiphonemate articulum claudas; *Quis post hæc fidem adhibeat Scripseribus Jansenistis, qui in speculativis strictissimi, ne verbum quidem ambiguum proferri ab aliis, patiuntur; in praxi vero laxiores egregii mendacis, atque calumniis proscindunt, quos adserunt? Quin tu potius videris, Eleutheri, an tibi, talia venditanti, de facili fidem adhibeat, qui & calumniandi studium, & nugatoriam in scribendo calliditatem perfectam habuerit.*

Et quidem cachinnis omnibus digna res est. Nimirum, cum tua hic interesse putes, ut Quænellus Historiæ auctor habeatur, quia nonnulla, quorum falsitatem certo nosset, in ea contineri, arbitraris, hunc ipsum Historiæ auctorem confidentissime ponis, meque nequidem in societatem admittis, ut exprobranda nequitia anam arripas, quasi, quæ falsa sciret, audacissime scriberet: Ast ubi in texenda subinde Historia tua, multum interesse existimas, ut ego ipse publicati Operis Auctor fuerim, (dum videlicet Natalem Alexandrum, in nonnullis Historiæ Pelagianæ capitibus, sermone mei contrarium putas,) tunc rejecto Quænellus, me unum auctorem appellas; ut Discipulo Magistrum opponas, mihi que viri, quem summe colo, ac veneror, auctoritatem objicias. Si quid Augustinianum Theologorum præjudicium contrarium deprehenderit, unus ista scripsisse Quænellus fingitur, ut cum suis pugnasse videri possit: at sicubi quidpiam occurrit, quod aut Thomistis, aut Prædicatorum Ordinis Professoribus adversum existimes; non jam Quænellus, cui ista objicerentur inutiliter, sed unus ego historicus audio, ut dissensionem mihi, aut defensionem exprobes. Nugacem, quasi non ista vel pueri deprehendant, rideantque. Sed dabitur alibi locus, quo isthæc cumulatus refellamus; dum ad ea scilicet Historiæ meæ loca ventum erit, quorum falsitatem aut Quænellus perspicuum, aut ab Alexandro, aliisve Thomistis impugnatam existimas. Una me in præsentia intentum habet confutanda-rum cavillationum obligatio, quibus allatas olim a me edenda Historiæ rationes fugillare aggredieris.

Prima scribendæ Historiæ ratio ex comprimentanda Molinianorum jactantia petebatur, qui in narrando celeberrimarum de Divinis Auxiliis Congregationum exitu, victoriam sibi pro clade adscriberent, suamque doctrinam sacri Confessus suffragio coronatam effutirent, cujus judicio proscripta, damnataque esset. Quid tu interim, ut repungas? *Equi sunt illi, exclamas, qui Molinismum sacri Confessus, hoc est, illorum, qui ad illius causæ examen vocati sunt, Consultorum suffragio coronant? Novum quidem, ex istis Consultoribus pro Molina sententiis ferisse nonnullos. . . sed non ignoro, majorem (siquidem numeri rationem habeas) Consultorum partem, Molina, doctrinaque ejus fuisse contrariam: tantumque abest, ut illi inficiantur illi, quos Historicus indignatur, ut nullum viderim, qui litteræ hac de re homini moveat. Bona verba, quæso, Eleutheri. Non ergo, ut video, Joannem Martinez de Ripalda legere contigit, sacrorum*

Congressuum exitum his verbis enarrantem Lib. 5. de Auxiliis, disp. 113. sect. 22. Pontifex, MAJORI, MELIORIQUE CENSORUM PARTI adherens, cum eisdem Cardinalibus pronuntiavit, ut omnis doctrina Molina indemnis consisteret. . . Quo eventu evulgatum per urbem est, majorem suffragiorum partem nobis adfuisse, primamque privatæ Congregationis Censuram revocasse. Cui opinioni publice annuerunt Cardinales, & Censores, fidemque nobis certam plurimamque argumenta, & gratia testimonia confirmant. Non Petrum a S. Joseph in suavi Concordia disp. 4. sect. 4. non Paulum Leonardum 1. parte sect. 9. non Christophorum de Ortega Controv. 3. de Decretis, disp. 1. quæst. 4. art. 3. consulisti; qui in ea Censuram turba Episcopum Nardianensem, Gregorium Coronellum, Jacobum de Boffu, Ludovicum de Creil, Molinae defensoribus annumerant; a quibus tamen, te ipso fatente, damnatus est. Sed & toto aberrans officio, qui haud aliam Molinianæ scholæ jactantiam hic a nobis intelledam existimas, quam quæ sibi de Consultorum suffragio blandiretur. Immo hanc potissimum intelleximus, quam Molinianis communem nemo negaverit, quæ de supremi Judicis definitione, deque adjudicata sibi lite gloriatur. Num hanc luculentem pro meritis retulerimus, & instructam, jubente, ac dirigente Summo Pontifice, contra Molinianorum errores damnationis Bullam invidis momentis probaverimus, videbitur loco suo.

Altera publicandæ Historiæ nostræ ratio hæc erat: Ne jactent hæretici, neglectam in Ecclesia Romana Divi Augustini doctrinam, probatamque ab eadem Pelagianismum gloriantur. Quid ad hæc, Eleutheri? *Sinus, inquit, quorum hic prætextus sit: eorum scilicet, qui non tam Augustini, quam Jansenii doctrinam lugent deserant. Immo necis, aut certo necire te, fingis, non Jansenianorum duntaxat querimoniam illam esse, sed bonorum plane omnium, qui Calvinistis novas in dies hujus inferende calumnie causas ab iis Molinianis præberi, moleste ferant, quorum audacissima in Augustinum probra, atque convicia, ad centum triginta quinque congestit Cardinalis de Noris; plura etiam de facili additurus, si majorem in auxilio purgando stabulo operam posuisset. Quid porro ad resellendos Calvinianos, ea privatorum scriptorum licentia abusus, ut Ecclesiam universam contempti Augustini, probatque Pelagianismi, petulantur incusent, luculentius opponi possit, quam instructum sub duobus Pontificibus per aanos amplius decem, præparatum de Divina Gratia quætionum examen omnium celeberrimum; in quo ad Augustini mentem exigebantur universa, eaque tenenda facebatur, quæ ipsemet tenuisset; ea rejicienda decernebantur, quæ in Pelagianis ipse damnavisset?*

Fuerit hæc, uti mones, Calvinii in ipsos Tridentinos Patres antiqua calumnia, Pelagianos nimirum esse illos, & Augustini desertores: non inficior: at exoletam illam esse, ut adjicis, & ab Ecclesia contemptam, (quasi de ea comprimentanda, repellendaque nil curet) signum est inter omnia maximum. Quid enim aliud inelamant hujus etiam ætatis heterodoxi, Molinianorum scriptorum laxitate commoti? Quid Leidckerius, in Theibus Pelagianismum Papæ fidem non semel appellans? Quid Juris, in Judicio de feverioribus, & laxioribus methodis, Pelagianismum in Ecclesia Romana permissum, inquit? Quid novissimum omnium Banagius, viso Cardinalis Sfondrati libello medullitus Moliniano? *Moritur, inquit ille lib. 27. Historiæ Ecclesiæ, cap. 8. Cardinalis Sfondratus, parturientis librum, ubi, cum se Augustiniana doctrina adherere profiteretur, in asserendo Semipelagianismo insolentius, quam ullus ha-*

tenus, se gessit. Pape incumberet romænam afferre. In sinu ejus natum est Opus, perfectumque a manu, quam singulari in honore habuit. Cardinalia dignitas in errore facile plerisque confirmabit, ac rebus ex præjudicis passis judicantes. Tacetur nihilominus. Sic illi veterem naniam recinunt, privatorumque culpam in Ecclesiam Catholicam regerunt. Quam vero Romani Pontifices, Præsulesque doctissimi (1) calumniam depellere student, dum Augustinum fulgidissimum Ecclesie lumen, maximamque Doctorem appellant; cujus præcellam doctrinam Romani Pontifices magno semper in pretio habuerunt, utoque mentis affectu amplexi sunt? Dum in illos, ut nimium audaces, invehuntur, qui Sedem Apostolicam Protestantium calumnie committunt, qui eam de contempta jam tandem Augustini doctrina, novisque Molinae inventis, in animum inducitis accusant? Ne itaque grave feras, Eleutheri, calumniam, novis quotidie tibi decantatam, edita a nobis Historia propulsari; nec vanum Jansenianæ factionis prætextum voces, quem jultum, heu! nimis Ecclesie questum boni omnes agnoscut. Mirro quæ, posthabito Romanorum Pontificum interdico, adversus Gratiam fe ipsa efficaem convicia congeris; non modo quod temere, ac pro arbitrato jaciatur; verum etiam quod ea, in adornata adversus Daniælem, sordalem tuum, scholæ Thomisticæ Defensione, data opera confutari. Nec vacat, eandem quacumque occasione incudem tundere.

Tertia me ad vulgandam Auxiliorum Historiam ratio moverat, quam & in fronte Operis, & in Præfatione lectoribus indicaveram; ut Libellum famosum, adversus Archiepiscopum Rhemenis Censuram, in Theses Molinicas 15. Aprilis 1697. latam, Parisiis disseminatam, refellerem pro re nata. Quid tu modo, ut consilium improbes? *Non poterant, inquit, Historie Editores ulla alia ratione Jansenis insultare securus. Certe quippe erant, male ipsos religioso omnia litare silentio, atque etiam exofculari serentis Antistitis manum, quam vel modestissima Responsione unquam iterum aliquam offensionis incurvere. O dictum bene! scilicet religioso silentio litatis, qui non modo Historiam vulgaris disquisitionibus, & fabricatis scilicet errorum indiculis adori elitis, sed illum ipsum libellum famosum, cujus ne nova exempla vulgarentur, ditriche veterat Augustissimi Senarus Princeps, e Gallico post annum alterum Italice redditum, geminoque prælo datum; tota, qua late patet, Italia disseminatis. Ferentis Antistitis manum exofculari elitis, dum alterum probrosum libellum, cujus per derisum, & ironiam inscriptio erat, (2) *Lis ab Archiepiscopo Rhemenis obtenta in Jansenis, conviciis in Præsulem meritissimum, jocis, scommatis infartum, in publico edidit. Hæc tu scilicet vocas oscula, quæ lentum religiosum, venerationis, atque modestie argumenta.**

Subjungis causæ deperditæ procurator, pacem, atque concordiam Socios inter, & Archiepiscopum, Rege sequetro, coaluisse: ut eo verborum furo, rerum litarum rudibus illudas; vosque cum Archiepiscopis, Ducibus, Franciæ Parisibus, ex æquo agere, oblique significes. At rerum Gallicarum usu exercitis verba dare, difficile est. Equidem si admittam, receptamque Sociorum Parisiensium satisfactionem; qua vulgari Libelli famoti veniam ab Illustrissimo Archiepiscopo rogare, coadi fuerant, pacem, atque concordiam initam dicere lubet, haud libo inficias: verum si amicam ex æquo compositionem intelligi velis, uti te velle Sery Tom. II.

perspicuum est, velut a lata in Theses vestras Censura resiliisset eruditissimus Præsul, resque in pristinum rediissent, lectorem torpore ludis, cui forte perspicuum non est, meritissimum Archiepiscopum hanc ipsam Censuram secutus inde temporibus confirmasse: anno quidem 1703. dum in spurium Launoi Traditionem sententiam dice-ret, ac tum anno 1706. dum Clementinæ Constitutionis publicationem edicto faceret.

En tuas tibi technas, atque officias abunde discussas. Nam quas necis Quænellii secretiores Epistolas, unde illum in Rhemensem Archiepiscopum minus in abdito reverentem probes, qui tantam in aperto reverentiam profiteretur; non est, cur hic morer, teque eadem semper obrerantem chorda denovo inseguar. Habeat sibi ille res suas; & quas ipsi, seu vere, seu falso, litteras tribuas, aut interpretetur, ac neget. Mea quod interest, Illustrissimum Archiepiscopum contanti, ac nunquam sibi dissimili veneratione perpetuo colui. Quam in aperto observantiam professus sum, hanc in abdito fovi: nec vereor, ne quatumcumque secretiorum Epistolarum publicator, ac ne ipse quidem, si veniam fecero, facer Auricularium, occultam delati palam honoris retraditionem obiciat.

C A P U T I V.

Injusta de parergis, Historiæ, ac Præfationi nostræ, insertis, querela depellitur.

DUm te inserta Historiæ meæ, ac Præfationi parerga, tanto antimi ætu exprobrantem observo, honestas de trivio mulieres videre hic mihi videor, quæ ne suo ab æmulis vocentur romine, has illæ priores conviciis occupant. Tot enim (quod ex parte jam vidimus) quæstias longe, nihilque ad Historiam de Auxiliis attingentes fabulas miscuisti; ut non alia mente hanc mihi labem affricare videaris, quam ne tuas tibi portentosas ab instituto, aberrationes exproberem.

Lepidus tu sane, qui mihi succenses, quod aliquas Præfationis paginas dederim referende litterariæ concertationi, quæ de probabilibus Opinionibus, Gratiæ se ipsam dicitur, inter Natalem Alexandrum, & Jesuitam Daniælem, non ita pridem exarserat. Narratorem, e re veluti natam, Peregrinam, ac distantem temere vocas. Quid enim, prolixam de Divinis Auxiliis Historiam adoraturus, aptius fecerim, quam si ve-litationem, hæc ipsa de re factam ante dies aliquot, lectori meo, veluti promissidem, darem? Neminemque futurum arbitror, modo ne cerebrum in calcaneo gesser, qui narrationem hanc meam accommodatiorem instituto non dixerit, quam quæ denas Præfationis tuæ paginas implet Quænellii, & Gerberonii Causa, Bruxellis ante biennium agitata. Interea gratias refero, quæ postum maximas, quod per te Historiæ meæ Auctor esse incipiam: Quippe qui hæc a me litterariam concertationem narratam obtendis, ut Alexandro, Magistro quondam meo, victoria coronam imponerem. Utri in eo litterario congressu victoria cesserit, penes publicam famam, quandoquidem optas, judicium esto: modo ne illam ex Thebani vulgi ore colligi velis, quod Corintha mulierculæ, cum Lyricorum Principe Pindaro congregienti, victoria palmam adjudicavit. Qua vero fronte Vallonii de Alexandri ad Daniælem tuum Epistolis judicium nobis objicias;

B 2 non

(1) Clem. XI. in Decr. 28. Janu. 1704. Archiepisc. Rhem. in Eser. 15. Julii 1697. (2) Procès gagné par M. l'Archevêque de Reims contre les Jésuites.

non ex fama, aut alio quovis æstimatore, sed a te ipso scire velim, qui Epistolam illam ea maxime parte commendat, ac probat, qua eas ipse despiciat, ac deprimit: ut quod supponat, scilicet *Jansenisticam esse, & venenum hæresis in dies diffundi; quod illas res agat peccati mortalis, qui recusat subscribere Formulario Alexandri VII. subscriptione pura, & simplici, & absque distinctione juris, & facti* &c. Id porro si in Alexandri Epistolâ probat ipse, ut te probare non dubito, quod, quæso, Vallonii, hoc ipsum fastidientis, ac improbantis, iudicium ostentat, ut deprimas Alexandrum?

Grimani Patriarchæ Aquilejensis Historia, quam instar prolixi Præfationi meæ insertam doles, adeo non est ab instituto peregrina, ut potius ab illa ipsa, Historiæ Divinorum Auxiliorum exordium alii duxerint; quo sacre Synodi Tridentinæ sententia de finitimis controversiis, in Grimani Epistolâ agitatur, ex data Patrum approbatione innoteferet. Factam in Concilio Tridentino Grimani doctrinæ absolutionem arrodit, ne quid inde Schola Thomistica, cujus principis nitetur, luci capiat. Patriarchæ Epistolam non fuisse, inquit, ab hæresis suspitione liberatam, nisi ut iunctam cum Auctoris Apologia, in qua notata in Epistolâ assertiones multum emolita leguntur: neque tamen eam interpretationem, castigatoremque obtulisse, quominus Concilii Tridentini iudicio prohibita fuerit prædicta Epistolâ, & assertionum eius evulgatio, propter nonnulla difficilia, minus exacte in eis tradita, & explicata; uti late sententiæ verba perspicuum faciunt. At nodum in seipso quaris. Equidem Grimani Epistolam, cum Apologia coniunctam, Tridentinorum Patrum iudicio probatam esse, ex verbis late sententiæ certo liquet, quia amba in iudicium ab æmulis vocabantur. Verum hanc non per sese, sed alterius duntaxat ratione albos calculos meruisse, atque ob id maxime, quod illius assertiones, ut ais, in ista & emolita multum, & castigata legerentur, commentum tuum est, contraria plane Cardinalium legatorum testificatione falsi convictum. Ita quippe illi in Epistolâ ad S. Carolum Borromeum: *Dixerunt omnes, & singuli per ordinem iuxta loca sua sententiæ. Unanimi voto censuerunt omnes, in illa Epistolâ Patriarchæ non esse verbum ullum hæreticum, & quod in S. Augustino, in S. Prospero, in S. Bernardo, in S. Thoma, & in aliis sanctis Doctoribus non inveniantur.* Quare quod Epistolâ, & Apologiæ publicationem minime faciendam, censuerint Viri Iudices, ob nonnulla difficilia, minus exacte in eis tradita, & explicata; non doctrinam ipsam, gemino scripto contentam, perstrinxisse putandi sunt, nisi & Augustinum, & Prosperum, & Bernardum, & Thomam ex æquo perstrichos velis: sed ipsum, ut maxime, obscuriorem, minusque limatum explicandi modum. Aliud quippe est doctrinæ summa, aliud scribendi formula; aliud rei caput, aliud accessio.

Quod sequitur, expostulationis tuæ caput majorem invidiam habet. Hactenus enim de patrigis, queis aut Magistro quondam meo victoriæ coronam imposui, aut Patriarchæ, in hæresis suspitionem adducto, advocacionem accommodavi, querela fuit: nunc de illata, ut loqueris, viris maximis, Philippo Labbæo, & Roberto Bellarmino gravi calumnia litem moves. Pari tamen utrobique licentia, ac philantia. Quin etiam quo majores, pro traductis, ut patas, a me Sociis tuis, ejularis edis, clamores tollis, probra congeris, eo te infeliciorem causarum actorem

præbes. Et sane de Philippo Labbæo observaveram Parag. XI. Præfationis, illum e secunda Sidonii Apollinaris Editione, quam anno 1652. Lutetia curavit, nobilem illam Jacobi Sironi adnotationem in Epistolam 9. Libri expunxisse, que in priori Editione conspiciatur: *Falsum vero, & si qui tum in Gallia (quod dissimulari non potest) cum eo senserunt, aliquo modo excusare ratio illa videtur, quod ante Synodum secundam A-rausiacam, anno 529. habitam, vixerint: cujus placitis Ecclesia deinceps, tanquam norma doctrinæ, adversus Semipelagianos errores usa est.* Item alteram illam ejusdem Sironi, in secundam Synodum Arausiacam, observationem, Augustinum perhonorificam, pari libertate sustulisse: *Ceterum gravi, ac diuturna contentioni, que sanctissimos, & doctissimos utrinque viros in Gallia centum, & amplius annis exercuit, aliquo modo excusare tandem attulit Synodus Arausiacam secundam, que totam de gratia, & libero arbitrio controversiam, ex S. Augustini sententiâ composuit.* Quid tu modo, ut me illatæ Labbæo calumnia postules? Lectorem amice provocas ad Tomum 4. Conciliorum generalium, Labbæi opera editorum, ubi simile quidpiam a Severino Binio Col. 1674. notatum inveniet: nonnihil etiam affine, ab ipso Labbæo propriis notis observatum, deprehendes. Quasi vero Labbæum tuum, quod hæc ex Bini notis expunxit, accusassem; aut forte non alia Sironi, alia Bini, alia Labbæi notæ sint? Quandoquidem autem lectorum oculos appellare lubet, legant ejusdem Tomi 4. Columnam 1693., ubi Sironi notæ referuntur; ac tum vere experientur, an non nobili illo Augustini elogio decurtatæ sint, quod illa ipsa Sironi Notæ, Tomo 1. Conciliorum Gallia insertæ, repræsentant. Legant paginam 96. Notationum ejusdem in Sidonium Apollinarem, Editionis 2. Parisiensis; ac sic palpare licebit, an illa ipsa, quam prior Editio ferebat, supra recitata periodo minuta sint.

Bellarminum quod spectat, hoc unum de virtutibus ejus, ex quorundam mihi facta narratione, obiter adnotaveram pag. 35. Præfationis: *Cum de illis ex forma juris Romæ questio fieret, Unam Consultorum omnium sententiam fuisse, uno dumtaxat excepto Predicatorum Ordinis Professore, (ne forte illorum invidiam causam elisam elisam aliquis) de heroicis Bellarmini virtutibus minime constare.* Verum novis ea de re documentis acceptis, ac diu ante, quam mihi ullus admittim errorem objiceret, adnotationem emendavi sub finem supplementi ad Historiam de Auxiliis, in ipso errorum indiculo, cujus hæc verba sunt: *In Historiæ Præfatione pag. 35. ad calcem paragraphi 10. dele tres lines, ab his scilicet verbis, una enim, usque ad, minime constare. Quin etiam de hac ipsa a me facta emendatione integrum Articulum scripsi in altero Gallicarum Defensionum tomo, quem & probe nosti, & legisti serio, & sæpius inter scribendum indicasti. (1) Et tamen, vir bone, ac simplicis veritatis amice, emendationem, in omnium, ac tui ipsius oculis positam, arte nunc, ac destinato consilio diffinulas, ut in eo heroicarum virtutum examine, plures Bellarmino tuo propitios, ex publicis tabulis probes; meque, quod ejus gloriæ invidiam, mille conviciis oneres. Macte igitur animo, Thraso miles: hostem, quem ferias tibi fingi; lapsus, quos corrigas, comminiscere, ut apud imperitos gloriam captes, tibi que de reportato triumpho blandiaris.*

C A.

(1) Le Correcteur corrigé.

CAPUT V.

De Codicibus mss., quibus Historiæ nostræ fides, atque auctoritas nititur: deque momentis, quibus Coronelli, Pegnæ, Lemofii, ac cæterorum Acta, facti fidem locupletissimam facere, demonstravimus.

DE his cumulatisse dictum Parag. 6. 8. & 12. Præfationis, necnon tomo 1. Gallicæ defensionis, ad secundam magni momenti quaestionem. Utrobique Innocentiani, quo turpiter abuteris, Decreti sensus, disertis exemplis, invictis rationibus, locupletissimis eruditorum suffragiis in aperto positus: Leodiensis scribæ, novique disquisitoris objectiuncula, quas tu sillabatum excubis, magno rationum pondere confutantur, discutuntur nebulæ, calumniæ depellantur. Quæ loca si lector adire voluerit, serioque perpendere, cavillationes tuas omnes in antecessum occupatas deprehendet; inanemque loquacitatem, qua me Innocentiano Decreto, fatali velut ictu, percussum effugis, risu, & cachinnis excipiet.

Quid enim passim opponis, ut Acta deprimas, & in suspitionem adducas, quod non illic, ac etiam alibi falsi convicerim? Coronelli, Pegnæ, Lemofii, Bossutii, a quibus scripta dicuntur, implacabiles in Societatem iras obtendis. Hæc dudum a tuis ad invidiam ficta, demonstravimus tom. 1. Gallicæ Defensionis, quæst. 2. cap. 5. ac 6. necnon in præmissa Historiæ huic nostræ Præfatione, Parag. 8. 9. & 10. Acta Coronelli, formamque Paulinæ Constitutionis privatorum monumenta esse comminisceris; eaque a Summis Pontificibus neglecta, atque contempta. Hoc nos somnium dissipavimus, laudata jam Gallica Defensione, quæst. 1. cap. 2. & quæst. 2. cap. 1. necnon §. 6. Præfationis hujusce, & lib. 4. Hist. cap. 15. 16. 17. & 19. Acta eadem, Bullamque Pauli V. non ante e tenebris erutam, fingis, quam e vivis excessisset ii, qui manus subdolos, & interpolatrices admisse fraudis arguere, & infamare potuissent. Figmentum explosivum habes q. 2. cap. 1. & hæc ipsa Præfatione §. 6. Jansenianos, primos Instrumentorum istorum excrutores, ac vulgatores, inaudita fiducia dicitas. Calumnia citato jam loco invictè repulsa est. Errores causaris, atque contradictiones, quibus se Acta illa collidunt. Nos constantem eorundem veritatem, ac consonantiam, multis ostendimus, quæst. 1. cap. 4. Gallicæ Defensionis, & lib. 4. Hist. cap. 15.

Equas etiam futillum argutiarum strophas ingeris, ut datam a me, seu verius, a celeberrimis Canonum Interpretibus, Innocentiani Decreti explicationem elidas, quas non ego ante diluerim, (1) impugnarim? Corrasam ex Sodali tuo, Quaestionum summi momenti confarcinatore, miseram cavillationem, integro pene articulo 10. versas, ac recoquis, ut Innocentium X. non juris tantum, sed & ipsam quoque, quæ facti dicitur, fidem historicam Congregationum Actis ademisse probes: quod nempe fidem illis juris adimere non esset opus, quam nunquam haberant. (2) Hanc tibi & sensu vacuum, & penitus absonam demonstravi, laudata jam Gallica Defensione, quæst. 2. cap. 2. N. VII. Alteram parisi furfuris argutiolam, ex eodem descriptam, qua petitur a me ex Alexandri VIII. Decreto (3) opportunum exemplum non tantum elidere, sed in me ipsum contorquere tibi putas, veluti

gladium strinxerim, quo me jugulem. Evandium conatum infregi appellato jam loco, N. IV. pag. 444. & sequentibus. Næ te itaque bellatorem, sola lingua ferocem, qui cum pugiones perpetuo jaces, virtutem prædices, hostibus stragem, atque interitum miniteris; vix tamen nisi retusa, & hebetata tela contorques?

Neque vero fortunatoris aleæ sunt, quæ a te ipso de integro fabricaris, ut nonnulla ex tot aliunde dissimulatis, momenta elevas, quibus datum Innocentiano Decreto interpretamentum confirmavi. Duo, queis genuinum infringeres, in tanta Argumentorum meorum copia, selegisti, de quibus uter nostrum felicius rem attigerit, tecum mihi est in præsentia differendum.

Horum aliorum hac perbrevis adnotatione continebatur: Nempè eam Innocentii phrasim, qua Congregationum istorum Acta perstrinxit: *Nulam omnino eis esse fidem adhibendam, neque ab alterutra parte, seu a quoquam alia allegari posse: tritam esse Romanæ Curia formulam, inquebatur, qua Instrumenta quæque, integra licet, & incorrupta, notari soleat vel ob id unum, quod publica fide non consentit; sit ut ex fori Romani usu, Decretorum quorundamque, aut declarationum exemplis, seu cufis, seu mss., nulla sit adhibenda fides, nisi Cardinalis Præfæcti chirographo, sigilloque munita prodeat.* Quod gemino sacrarum Congregationum, seu verius Urbani VIII. Decreto sancitum ostendi, mandantis, ac præcipientis: *Hujusmodi declarationibus tam impressis, & imprimendis, quam manuscriptis, nullam fidem esse in iudicio, & extra, a quoquam adhibendam; sed tantum illis, que in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfæcti, ac Secretarii chirographo, sigilloque munita sunt.* Utriusque enim Pontificis verba simillima sunt, imò aliquanto duriora Urbani, quam Innocentii. Si ergo, spectatis Innocentiani Decreti verbis, colligere liceat, quod tu, tuique similes tanta fiducia colligitis, Auxiliorum Acta infida esse instrumenta, apocrypha, fide indigna, magni Pontificis decreto inusta, spuria, incerta, Secretario perperam adscripta, primigeniis fontibus minime consona: quid ai, spectatis Urbani Decreti formulis, colligamus, istdem notis inultas quascumque Congregationum declarationes, seu typis editas, seu manu transcriptas, ex quo Cardinalis Præfæcti, ac Secretarii chirographo, sigilloque caret. Quo itaque loco habebimus Fagnanos, Barbosas, Jordanos, Antoniellos, Lezanas, Pignatellos, cæterosque ferme omnes Canonum Interpretes, qui post vulgatum Urbani statutum, eas Congregationum declarationes in suos ad Jus Canonicum Commentarios transfuderunt; quin etiam & illas, quæ nusquam ex Juris præscripto vulgate sunt? Falsarios ne dicemus, & impostores? Absit. Ad id ergo ultimo deveniendum, ut Fagnani, & Lezani interpretationibus stemus; verbaque Innocentii, quemadmodum & Urbani, in hanc sensum stentamus: (1) *Nullam esse fidem adhibendam, intellige certam, & indubitatam: ad minus enim probabilem (quæ humanæ historiæ est) fidem sciamus, si a viro fide, digno referantur.* En plane decretorium argumentum, a me quæst. 2. cap. 2. productum, adversus Quaestionum eventilatorem, quem tu pene sillabatum excubis.

Quæ tu modo effugia quæras, perpendamus. Discrimen inter Urbani, & Innocentii decreta ponis, (estis istdem omnino verbis expressa sint), quod ante hanc juris solemnitatem, ab Urbano VIII. requi-

(1) In Præfat. §. 12. (2) De his paulo infra. (3) 6. Septem. 1657. (4) Fagna. in 1. Decret. De Const. Cap. quoniam. Lezana in Summa Quæst. Regul. verbo Sacra Congregatio.